Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 185

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 420.

Cod. CLXXXV.

Chartac: Fol: Saec: 15.

2
2.8.

1.

Thomae de Haselbach expositio orationis dominicae, salutationis angelicae, et symboli apostolicum.

1a–178b

Thomae de Haselbach expositio orationis dominicae, salutationis angelicae, et symboli apostolici. Expositiones istae sermonibus ad populum comprehenduntur, in nostro codice serie non interrupta scriptis. Initium expositionis dominicae orationis, quae decem absolvitur sermonibus, est: "Orantes nolite multum loqui ex: quam multos utiles fructus afferat vigilans, et devota oratio." Sermones de salutatione angelica numero undecim incipiunt: "Ave Maria gracia plena luce 1°. Quia virgo Maria tot laudibus extollitur a Sanctis patribus." Sermones isti habentur etiam in Cod: CXII. n: 5. Expositio demum symboli apostolici, quae continetur sermones quindecim inchoatur in hunc modum: "Quoniam secundum apostolum fides est fundamentum tocius spiritualis edificii." In calce harum expositionum leguntur sequentes versus:

Hec veri solis cecos splendore serenat
Doctrina patrum / nectit amore dei
Quam scripsit Thomas declamans ore fideli
Precibus jungatur civibus angelicis

Mille quadringentis quinquaginta simul annis
Virginis a partu Sanat hec Sana fides.

Hæc et operis authorem, et codicis nostri ætatem satis luculenter produnt. Duo autem hic prætereunda non sunt, primum: hos sermones Bernardum Pezium diligenter coeteroquin Thomæ Scripta colligentem, fugisse: secundum: conjecturam evanescere Ludovici Schönleben in Serag. D.D. et conspectus Hist. Univ. Vienn: ad annum 1464, ubi Georgium Schleuchelium, solertissimum Vienn: Codd: descriptorem (a) præsentium authorem suspicatur, eo quod nomen suum ad calcem adjecerit in hæc verba: " Hi Sermones super Paternoster, Ave Maria, et Credo scripti per me M: Georgium Schleuchl." Hunc enim librarium fuisse non authorem supra memorati versus forte ab ipso Schleuchelio concinnati, haud dubie evincunt.

Georgius Schleuchl

(a) Script: Univer: Vien: Sæc: II. p: 9

2

Ejusdem Sermones in omnes festivitates Sanctorum totius anni. Primus est de S: Agnete V: et M: qui incipit: " Simile est regnum coelorum &c: Quod hoc genus hominum." Hos quoque Sermones esse Thomae de Haselbach edocemur in Script: Univers: Viennensis, Sæc: I. pag: 137.

Ejusdem Sermones de Sanctis.

181a – 423a

= saeculum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 185

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27522

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)